

Nicolaus Copernicus, Joanni Danti:
sco episcopo Culmensi.

36

Reverendissime in Christo pater et domine, do-
mine dementissime. Oportunitas nuntij reveren-
dissime Dominationis vestre mihi oblata, admo-
nuit me ut etiam mearum aliquid literarum
ad reverendissimam dominationem vestram da-
rem. Accepi his diebus ex Vratislavia novi-
tates quas mitto reverendissime Dominationi ve-
stre, etsi verear iam antiquas esse apud ean-
dem dominationem vestram, et quod litera date
fuerint vigesima septima Junij, privatim vero
scribitur mihi literas venisse ex curia regie
maiestatis Ferdinandi, hæc continentis: quod rex
Persarum instinctu cesaris propterea et regis Lu-
sitanie, magnis auxiliis Turcam infestat, ut reli-
cta Italia, cum expeditione retroadere cogatur. In-
ter regem Gallie et cesarem pacem firmatam
aiunt, data relicta ducis Mediolani cum ipso
ducatu, filio regis Gallorum. Nostri id est regis
Ferdinandi apud Cassoviam rem bene gerunt,
eo capto qui per prodicionem Cassoviam cape-
rat, multis ex hostibus trucidatis, capta etiam
arca munitissima, unde omnis Cassoviae calamitas
orta est. Boemi et Moravi iam sunt in
itinere, similiter Slesite passim vadunt in Ungar-
niam, qui forsitan dante Deo Cassoviam et alia
recuperabunt. Dicunt etiam apud nos quod Woy-

woda

153
woda petit concordiam certis conditionibus pro:
positis, que an acceptabuntur ignoratum adhuc.
Et hæc in literis que sicut accepit trado reveren:
dissime Dominationi vestre, cui servitia mea
ac me ipsum devoceo. ex Travemburg nona
Augusti millesimo quingentesimo trigesimo se:
ptimo.

Eiusdem reverendissima
dominationis vestre devo:
tissimus Nicolaus Co:
per

Reverendissimo in Christo patri
domino Joanni Dei gratia epi:
scopo Culmensi, ac Pomuzaniensi
etiam administratori, domino suo
dementissimo—